



MELCHIOR GOLDASTUS
 HEIMINSFELDIUS
 DE
REGNI BOHEMIÆ
JURIBUS AC PRIVILEGIIS.
 T O M . I . I I .

~~# 0 6~~

18

 14153

MELCHIORIS GOLDASTI

HEIMINSFELDII,

COMMENTARII

DE

REGNI BOHEMIÆ,

INCORPORATARUMQUE PROVINCIARUM

JURIBUS AC PRIVILEGIIS,

NEC NON

DE HEREDITARIA SUCCESSIONE

REGIÆ BOHEMORUM FAMILIÆ,

In Libros VI. divisi,

Et inde a prima origine diligentissime & accuratissime deducti,

Cum Animadversionibus

STRANSKII, BALBINI, ALIORUMQUE.

ACCEDUNT


1. Goldasti Consultatio de officio Electoris Bohemia, jureque in Conventibus S.R.I. Electorum.
2. Appendix Documentorum, cum supplemento.
3. Collectio variorum Consiliorum de jure & successione hereditaria Serenissima Familia Austriaca in Hungaria & Bohemia, cum variis Fœderibus mutuae de-
4. P. Stranskius de Republica Bojema.
5. Joh. Peter Ludewig dissertatio de Jure suffragii Regis Bohemia in Comitibus S. R. Imp. recuperati.
6. Johannis Nicolai Hertii dissertatio de renovato Romano-Germanico Imperio & Regni Bohemia nexu.

Cura atque studio

JOHAN. HERMANNI SCHMINCKII,

Qui NOTAS & locupletissimum INDICEM adjecit.

TOMUS I.



FRANCOFURTI ad MOENUM,
Impensis DOMINICI à SANDE,

Anno CHRISTI MDCCXIX.

(O)

J V D I C I A

V I R O R V M E R V D I T O R V M

D E

G O L D A S T I C O M M E N T A R I O

R E R V M B O H E M I C A R V M.

Balbinus in Epitom. Rer. Bohem. lib. 1. c. 10.

Siquis Bojorum Marcomanorum & Quadorum, qui antequam Slavi in has oras venerunt, Bohemiam incolere, Principes ac Reges, pacis ac bella, verbo, totam historiam Bohemorum veterum nosse cupit, GOLDASTUM sibi comparet, hæc omnia diligentissime ex omnium pene gentium vetustis annalibus extrahentem. Sed in eo se ridiculum omnino facit, quod ex eo quod Marcomanni, Quadi, Hermundari, ac ceteri Germani populi *Bohemiam, Moraviam, Silesiam* omnino habuerint, colligere & conficere conatur, *Bohemia regnum Imperii provinciam & Germanici juris esse.*

Idem libr. cit.

Goldastum ego sæpius pro eo ac maledicentia hominis meretur, tractavi.

Idem lib. 2. Miscellan. Bohem. lib. 2. cap. 2.

Goldastus, quanquam alioquin subleste Sæci scriptor, sed ubi aliorum auctoritate nititur, non omnino aspernandus.

Idem lib. III. Miscell. c. 22.

Plutarchus, sapientissimus sua ætate scriptor, librum vulgavit peregregium *de Herodoti malignitate.* Hoc certe exemplo nos quoque, quicumque in Bohemia nati sumus, jure meritisimo conari oporteret, ut *malignitatem Goldasti* demonstraremus Orbi; tantis enim & tam variis maledictis Bohemiam Goldastus affecit, ut a Bohemia condita neminem existisse putem, qui majori odio gentis nostræ occupatus scripserit, quam obtrektor Bohemici nominis Goldastus.

Conringius de Finib. Imper. c. 23.

Bohemiam Germaniæ tributariam fuisse, omnesque suas dignitates a Cesaribus habere, a Goldasto præclare ostensum.

Datt. de Pace Publica Lib. 1. cap. 27. §. 16.

Goldastus in opere præclarissimo de Regno Bohemiæ.

Giovanni in German. Princ. lib. 1. p. 211.

Goldastus incredibili industria Bohemiæ notitiam congestit.

Idem ibid. p. 223.

Libri de Regno Bohemiæ digni essent, ut iterum in lucem irent, cum rari sint, lectæque utiles.

Christ. Gryphus de Script. Hist. Ser. XVII. p. 171.

De Regno Bohemiæ utrum successivum sit, multo cum labore disquisivit Melchior Goldastus in *commentario de Regno Bohemiæ*, & rarioribus nunc libris accendendo, qui tamen cum Germanis nimirum, Bohemus autem parum vel nihil favere videatur, a Balbino passim acerbe perstringitur.

Gundlingius part. XVII. Gundling. p. 150.

Diesen brieff hat Goldastus in seinem gelehrten Buch de Regno Bohemiæ,

Henel's Scholiastes lib. 1. Silesiogr. c. 1.

Goldastus sane vir antiquitatum peritissimus *lib. 1. de Bohem. c. 5. &c.*

Idem l. c.

De Marcomannis tam *fosse*, quam *ordinate* Goldastus *lib. 1. de Bohem. c. 5. & seqq.*

MELCHIORIS GOLDASTI HEIMINSFELDII

LIBER I

De Bohemiæ Regni, incorporatarumque provin-
ciarum, juribus ac privilegiis, nec non de heredi-
taria Regiæ Bohemorum familiæ succes-
sione.

CAPUT I.

*Bohemia Germaniæ Provincia Ante-Vetus & nunc-nova. Juris Germanici in-
de inque ab antiquissimis temporibus habita. Germani in Gallico solo cur Gallie
non adscribantur: contra Slavi in Germanico solo Germaniæ adscribuntur? Germani Gal-
lorum fratres. Cæle Germani, eorumque sermo communis. Franci inde dicti. Gallia
Theutonica. Eadem Austerasia sive Austria dicta. Nationum distinctio ex linguarum
diversitate improbat.*



REGIO illa, quam incingit vaste Herciniæ (a) saltus, quæve Bo-
hemiam vulgo indigetamus, Germaniæ nostræ, non magnæ modo illi &
antiquæ sub Hermionibus, Bojis, Marcomannis, Quadis, & consimili-
bus incolis, verum ipsi etiam præsentis & hodiernæ sub Slavis Zecchiis,
accensita semper in rerum gestarum monumentis & actis publicis legi-
tur: ejusque pars non minima jam inde ab antiquissimis temporibus ad nostram us-
que memoriam constanter existimata atque asserta fuit. *

A

2. Equi-

(a) Herciniæ] quam sic dictam nonnulli putant ab
ignis: quod circuncum seu septem significat, ideo
quod hac sp[eci]e Germaniam fore vult instar cir-
cumder: Bassius Faber Suraus in Thesuro cru-
dit, scholast. imp[er]e: nam appellationem Romani
fecerunt ex adjectivo Germanico Hertzin vel Hertz-
in, a substantivo Hartz, Hartzia, quod Herci-
nium notat: ut præter illi Germani dixerint Hertz-
inwald, qui nunc Hartewald, Herciniæ syl-
va, Joh. Alsch. Bentheim in Not. ad patris com-
ment. in Taciti German. part. 1. cap. 3. n. 66. Nam
& apud Latinos Græcisque scriptoris rarius reper-
tur absolute positum, frequentius in adjunctis;
verbi gratia, Hercinia sylva, Hercinius silva,
Hercinium nemus, æquum & dep[re]ssum, Herci-
niam jugum, a piciferis nempe arboribus, Hartz-
brunnen, quibus terra casta & referta est: qua-
rum resina natio Germanis Hartz, aliis Pech
dicitur a pice, quod est Romanum & provinciale
vocabulum, non Theutonice, ut minus recte pu-
tabat Agidius Tschudus in Rhæt. Alpin. descript.
cap. 38. Hoc loco intelligi debet incinctus ille Her-
cinea saltus, quem Paterculus appellat, id est,
Sylva Bohemica, der Böhmerwald.

* In eo ridiculum se omnino scit Goldastus,
quod (quali alia omnia argumenta decissent) ex eo,
quod Marcomanni, Quadi, Hermionidæ ac ce-


teri Germaniæ populi Bohemiam, Moraviam, Sile-
siam olim habuerint, colligere & concludere
conatur, Bohemiam Regnum Imperii protusciens
& Germanici juris esse. Nam quid ita ignorare
potuit tam vacuus populorum primis illis sergulis
migrationes, de quibus tam erudite tot libris
egit Wolfgangus Lazius? Nonne Italiani Græci
prius tenuerunt? An non Latium Magnam Græ-
ciam appellari legit aut audivit? Quis tamen
unquam Græcorum, etsi ambitiosissimus & vi-
nidissimus foret, ex eo capite juris aliquid Græcis
in Italiam esse somniavit? Nonne Imperii Ro-
mani Majestas penes Italos & Romanos fuit,
quibus Orbis serviebat? An Goldastus, si in
priorum statum revocanda sunt omnia, Romæ
nos verum Dominos restituit? Slavi Absuram,
Lusatiam, Brandenburgiam, Pomeraniam, alias
que ad Venedicum sinum terras olim ante Saxo-
nos tenuerunt, ut ex Saxonum historiis constat;
an igitur hodie Saxonia Slavonia pars erit? Ad-
de quod adversus animi sui sententiam fateatur
Goldastus primos Bohemiam Cultores Bojos e-
Gallia Celtica profectus Bohemiam nomen dedisse,
ergo Bohemiam eadem opera Gallie adscri-
bet? Nimicum in prima illa terrarum occupa-
tione, cum alii ultero citroque commearent, alii
excederent, alii transirent, tyrocinio Religio-
sorum res erat similis, terras populi prebabant,

A verba juramentum suum ostius est: *Ego Wilhelmus Comes Hollandiæ, Militiæ Princeps, Sacrique Imperii vassallus liber, &c.* Talis etiam est Rex Bohemiæ, qui in juribus suis juxta ordinationes Imperii, & Auream Bullam, Cæsareamque Capitulationem, manutene-
 13. Denique obijciunt, Regem Bohemiæ, quod in circulis illis, in quos Imperium digestum atque partitum est, non comprehendatur, ad Imperii negotia tractanda accerseri non debere? Quod profecto non minus imprudenter, quam imperite ab illis adstruitur. Quasi vero Circulus Bohemicus, Imperii Circulus non sit, nec separatus a cæteris Regnum constituat, in eoque contineatur ipse Rex, Archiepiscopus Pragæ, Episcopi Olomucensis, & Uratislaviensis: Marchiones Moraviæ & Lusatiæ: Duces Silesiæ: Comites, Glaciæ, Slickii in Stein Elenbogen &c. Civitates, Egra, Joachimivallis, &c. qui olim immediata Imperii membra extiterunt, & suos conventus circulares non minus, quam reliqui in Imperio circuli, in commune celebrare hodieque solent, & a vicinis circulis, necessitate urgente, evocari possunt, juxta pacta singularia cum vicinis inita, quas *Einungas* seu *Erbeinungas* vernacula voce appellant; & Imperii nostri Constitutiones, in quibus Regnum Bohemiæ cum incorporatis Provinciis non modo ad subsidia Reipublicæ necessaria ministranda obligatur, verum etiam ad opem perichitantibus Imperii Statibus ferendam conjunctiore quodam fœdere, ceu membrum unius ejusdemque corporis sub capite Imperatore, obstrictum nexumque tenetur.

B 14. Atque hæc sunt, quæ ad propositam questionem in loco alieno, brevissimo & temporis spatio, carptim extemporaliterque, ut memortia fugax atque labilis dictabat, respondere nunc potui. Quæ si præsentis Scenæ nonnihil intersere poterunt, erit ut gaudeam me occasionem esse nactum Serenissimæ Regiæ Majestati devotum animi mei affectum declarandi; sin, paratus sum omnia & singula suo loco & tempore accuratius exactiusque consummare: salvo interim rectius saniusque sapientium judicio, quæ maxime Illustrium & Consultissimorum Regiæ Majestatis Consiliariorum, quorum æquissimæ censuræ hanc Consultationem meam extemporalem lubens merito submitto, eorumque favori me subnixæ commendo.

C

Per scriptum Norimbergæ in Conventu S. Rom. Imperii Archiprincipum Electorum Collegiali, a. d. IV. Eid. Octobr. A. N. C. ∞ 13 cxi



APPENDIX
COMMENTARIORUM
DE JURIBUS ac PRIVILEGIIS
REGNI BOHEMIÆ,

continens
DOCUMENTA, DIPLOMATA,
INSTRUMENTA,

Et id Genus
ALIA MONUMENTA,

Quorum in ipsis Commentariis
Relative & Remissive facta est mentio:

Ordine Chronologico juxta annorum seriem digesta,
& fidei facienda ac probanda ergo adjecta

A Nobilissimo & Clarissimo Viro,

DN. MELCHIORE GOLDASTO
HEIMINSFELDIO &c.

His subjicitur

SUPPLEMENTVM ACTORVM PUBLICORVM,

Qua in hac Collectione desiderabantur.



FRANCOFVRTI ad MOENVM,
Impensis DOMINICI à SANDE,
Anno Christi MDCCXIX.

APPENDIX,

In quo continentur Privilegia, Instrumenta, & alia Documenta, quorum in tractatu fit mentio, pro ejus certitudine ac veritate comprobanda in hanc seriem chronologicam digestus & appositus,

I.

Symmachus Papa confert Archiepiscopo Laureacensi pallium Archiepiscopale cum legatione vicis Apostolica in Pannonia & Moravia, anno 501.

SYMMACHUS sanctæ Apostolicæ sedis gratia Dei Episcopus, reverendissimo & sanctissimo fratri THEODORO sanctæ Laureacensis Ecclesiæ Archiepiscopo. Diebus vitæ tuæ pallii usum, quem ad sacerdotalis officii decorem, & ad ostendendam unanimitatem, quam cum beato PETRO Apostolo universus grex dominicarum ovium, quæ ei commissæ sunt, habere dubium non est: ab Apostolica sede, sicut decuit, poposcisti, quod utpote ab eisdem Apostolis fundatæ Ecclesiæ majorum more libenter indulimus ad ostendendum te Magistrum & Archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem Ecclesiam provincie Pannoniorum sedem fore Metropolitanam. Idcirco pallio, quod ex Apostolica cari-

tate tibi destinamus, quo uti debeas secundum morem Ecclesiæ tuæ, solerter immoremus, pariterque volumus, ut intelligas quia ipse vestitus, quo ad Missarum solemniam ornaris, signum præstendit Crucis, per quod scito te cum fratribus debere compati, ac mundialibus illecebris in affectu crucifigi. Unde cum te foris hujusmodi insignio indueris, intus in animo considera, quod hoc sit magis oneris quam honoris, atque cor tuum DEO regente ab appetitu istius seculi sic tempera, ut & commissam exequi gubernationem studeas, & adeptæ dignitati, cujus sublimaris officio & præbitate morum & vivacitate sollicitudinis ac custodia integerrimæ fidei congruas, quatenus tu ipse a remuneratore omnium honorum DEO, & benedictionis gratiam, vitamque æternam consequi merearis, Amen.

II.

Eugenius II. Papa commendat Archiepiscopo Laureacensi vices suas in Pannonia & Moravia, anno 826.

EUGENIUS Episcopus servus servorum DEI RATHFREDO sanctæ Favianensis (a) Ecclesiæ, & METHODIO Ecclesiæ Speculi Juliensis, quæ & Sorigturæ (b) nuncupatur, atque ALEWINO sanctæ Nitricensis Ecclesiæ, parique modo Anoni S. Vetusarenensis (c) Ecclesiæ Episcopis, simul etiam VITIVNDO, nec non Moymaro Ducibus, & Optimatibus, Exercitibusque plebis Huniæ, quæ & Avaria dicitur, & Mora-

via. Desiderio salutis animarum vestrorum filii in Christo charissimi. Cum audivimus Christianissimam conversationem vestram, & sanctæ fidei honorumque operum vestrorum processum, summo gaudio atque lætitia fuimus exhilarati, quia divina in vobis operante clementia, ut Apostolus ait, ubi habundavit delictum, ibi super habundat gratia, atque quomodo sancta DEI Ecclesia nostris temporibus quotidianum in electione vestra suscipit incrementum,

(a) Strelovsky antiqua hæc locorum nomina ita interpretatur lib. I. c. 10. Moraviæ Sacra: Favianensis ipsi est Pannensis. (b) Olomucensis. (c) Wehradenensis.

MELCHIORIS GOLDASTI
HEIMINSFELDII
COLLECTIO

VARIORUM CONSILIORUM
De
SVCCESIONE ET JURE HEREDITARIO

FAMILIÆ REGIÆ
IN HVNGARIAM, BOHEMIAM

Acquisitasque Provincias;

Præsertim

DE PACTIS SVCCESSORIIS

Cum Domo Austriaca initis.

His accedunt

FOEDERA MUTUÆ DEFENSIONIS

Inter Bohemos, Palatinos, Saxones, Brandenburgicos & Austriacos,

Nec non

Imperatorum & Regum Decreta, Rescripta,

Confirmationes,

Aliaque Acta Publica,


Quæ passim in partes vocant

Horum Consiliorum Auctores, uti & Goldastus
in Commentario suo de Bohemia Regni juribus, privilegiis, & hereditaria
Regia Bohemorum familiae successione.

EX RECENSIONE

JOHAN. HERMANNI SCHMINCKII.

Tomus II.




FRANCOFVRTI ad MOENVM,
Impensis DOMINICI à SANDE,
Anno Christi MDCCXIX.

ILLUSTRI ET GENEROSO
DOMINO,

DN. PETRO HENRICO à STRALENDORFF,

Baroni in Goldebe, Prensberg, & Darnheim; Domino in Kulmen, Gleischa, & Ottorwitz;
S. Caesar. Majestatis Consiliario intrinseco, S. Judicii Aulici Imperialis Vicepresidi,
& Vicecancellario &c.

ILLUSTRIS DOMINE,



Documenta isthac, quibus vel Cæsareæ & Regiæ causis justitia confirmanda, vel Bohemicae rebellionis injustitia refellenda fuit, nemini magis offerri, quam *ILLUSTRATUITO*, a me debebant, ad quem sese ipso jure

spectare ultro fatentur. Nam siue Præsidis officium qualiderimus, in quo Comitibus S. Palatii vice fungentibus siue Cancellariis munus, in quo Quæstoribus S. Palatii locum obtinent, talium Diplomatum, Rescriptorum & Privilegiarum recognitionem ac recensitionem, ad tuam unius curam referre decet, quæ sine Quæstoribus in præfco Romano, & Comitibus Palatii in Franco Imperio, auscultatione & subscriptione non potuerint expediri, si publicam & perpetuam debebant auctoritatem obtinere. Quin nec aliorum Diplomatum & Instrumentorum in S. Consistorio productarum fidem aliunde, quam a Præsidis & Cancellarii examine atque judicio, pendere constat.

Quem igitur, jussu Sacratissimi Domini nostri Imperatoris perpetuo Augusti, publicam causam defendendam ac propugnandam suscepissim, prima & summa mihi cura incubuit, ut publica documenta, quibus plus credi, quam testibus solent undiquaque conquirerem, haberemque certiora instrumenta, quibus partim veritas adstrueretur, partim falsitas destrueretur. Bonam eorum copiam ipsi nobis adversarii in suis productis libellis exhibuerunt; nonnullam ex Actis publicis meæ mihi Bibliotheca; reliquam amicus noster, Vir Nobilis & S. Caesar. Majestati devotissimus, *Dominicus Pessus*, Reverendissimi & Serenissimi Electoris Trevicensis Consiliarius, & Illustrissimi Hassiæ Landgraviæ, Fidelis S. Rom. Imperii Principis, Consiliarius & Præfco Comitatus Hohenheimiano, laboriose inquisita benigniter suppeditavit. Ad horum fidem exegimus aliquot centum vellorum dicta, in quibus perquirendis & examinandis quantas arduas quantosque labores exantillarem, facilius licebit experiri, quam alteri persuadere. Illud commodi ex adversariorum scriptis hausimus, quod Andabatarum more pugnavit fecerint, ut suis ipsi armis in manus nostras traditis a nobis vabulent; & instrumenta ab illis pulata; nunc contra ipsos ad eorum pro assertionibus infirmandas & infringendas reproducantur.


Eccæ enim venditant Pontificum Bullas, Imperatorum Rescripta, Regnum Diplomata, Principum testimonia, gentium consensum, quibus probent, Bohemos ab omni ævo liberrimam habuisse Ducis, dein Regis sui, electionem: nos curia illa producta ab eis documenta utiliter accen-

ptando, contrarium plane ex eisdem docemus, ostendimusque vim illis per calumniosam interpretationem & rabulosam fraudem inferri. Siquidem certum est, constatque, ex hac ipsa Appendice, Pontificum Bullas, Imperatorum Rescripta, & Rom. Imperii Constitutiones, Regni Bohemicae ordinationes, vicinorum Regum Diplomata, Principum Imperii attestations, Vallorum Regni Bohemicae Reversales, omniumque gentium, linguarum & nationum in orbe consensum, uno ore constanter affirmare, Regno Bohemicae hereditarium in Ducali & Regali prosapia jam inde a primo Slavorum ex Illyrico in Moraviam, Bohemiam & Poloniam ingressu usque ad nostram ætatem semper exstitisse; nec minus familiam Regiam Moymariam in Moravia; Lechiam, Præbiam & Jagelloniam in Polonia; Zechiam, Crociam seu Primislavianam, Luxemburgiam, Jagelloniam & Austriacam in Bohemia, jure hereditario & successorio regnasse sub Slavis; quam Paniliam sub Hermunduris, Sigovesiam sub Bojis, Tudriam sub Quadis, & Maroboduam sub Marcomannis, Suevorum gentibus, in Bohemia, Moravia, Polonia & Hungaria, Reges suos ex stirpe Regia tam ante, quam post Christum natum, per annos amplius bis mille, sibi adsumptibus & admittentibus. Confirmat id ipse continuus succedendi ordo, qui in stirpe Primislaviana pro more & consuetudine præcorum Suevorum & Slavotum fuit majorialis, ut Doctores nostri loquuntur: in Luxemburgia autem & Austriaca ex jure Francorum primigenialis, Suffragantur denique pacta hereditaria & successoria inter Austriam, Bohemiam & Hungariam, amœbæ & mutæ successiones ergo inita, & a Summis Pontificibus, Romanisque Cæsaribus confirmata. Quæ omnia in nostris Commentariis, tanta fide instrumentorum, tum probatissimorum auctorum testimoniis, uberrime edisserantur.

Tantum vero abest, ut electiones Vitaldi Lituanæ, Casaniri Poloni, Georgii Podiebracii, & Mathiæ Corvini, per illicitas factiones in Hussitarum turpis, motibus ac rebellionibus attentatæ, Bohemorum prætensionibus patrocinari possint, ut magis eorum infidelitatem redarguant; quippe quæ a Summo Pontifice, Imperatore Romano, Electoribus ac Principibus Imperii, recessis & cassate fuerint. Nec fuit Georgii sive intrasio seu usurpacio, ab aliis Regibus probata vel agnita, priusquam ipse, non propter jus electionis, quam Imperator Bohemis competere jam decreto publico negaverat, sed propter merita in Imperatorem ejusque liberationem & defensionem viriliter collata, ab eo investitus, & Summo Pontifici per intercessionem commentatus fuisset.


†

Multo



Dem Wohlgebornen Herrn,
H E R R N

J O H A N N von F E C K,
Freyherrn, &c. der Röm. Kayserl. Majestät Geheimbten Rhat, Reichs
Hoff Rhat, und General Commissari, &c.



Wohlgeborner gna-
diger Herr: Es sind
nunmehr sieben gan-
zer Jahr verlossen,
dasi die Röm. Kayserl.
Majestät unser Al-
tergnädigster Herr,
durch Dem Geheimb-


ten Rhat und des Heil. Röm. Reichs Vice-
Cancellarium, den auch Wohlgebornen Herrn,
Herrn Johann Ludwigen von Ulm, Frey-
herrn, &c. und wiederum durch den Hoch-
gebornen Fürsten und Herrn, Herrn Johann
Georgen, Fürsten zu Hohenzollern, &c. Ge-
heimbten Rhat und Reich Hoff Rhat Præs-
identen, meine respectivè Gnädige Fürsten
und Herren, mir im Jahr 1615, ernstlich
anbefohlen und aufgetragen lassen, daß ich,
als dessen in der H. Röm. Reichs Sachen
und Rechten Erfahrendt, Ihre Kayserliche
Majestät wäre vor andern commendirt und
gewißt worden, alles was mir von der Cron
in ihrem Rechten und Gerechtigkeiten, beandt
und bewußt, solle fleißig aufsetzen, zu Pa-
pier bringen, und dero Reichs Cantzley zum
sünderlichsten übersenden und einliefern las-
sen. Solchen Befehl haben Ihre Kayserliche
Majestät im Jahr 1620. wiederum von
Wien aus durch wohlgedachten Herrn Vice-
cancellarium von Ulm Freyherrn, &c.
schriftlich repetiren und wiederholen lassen,
Obwo was der Hochgeborne Fürst und Herr,
Herr Zdencko Adelbert Poppel, Fürst zu
Lubowitz, &c. der Cron Baim Obrister
Cantzler, der Röm. Kayserlichen Majestät, Ge-
heimbter Rath, deswegen zu Franckfurt mit
mir gnädig unterredet und verabschiedet.

Es hatte aber damals mit meiner Person
diese Beschaffenheit, daß ich nicht mein eigen,
sondern des Hochgebornen Fürsten und Herrn,

Herrn Ernstens, Grafen zu Holslein,
Schaumburg und Sternberg, Herrn zu Geb-
men, &c. weyland meines Gnädigen Fürsten
und Herrn, hochseligst Andenckens, Rath
und Hoffliener, und also meiner selbst nicht
mächtig gewesen, darum ich die Sache erstlich
nur ad referendum annemen, bernacher gar
an S. F. Gn. als in dero Macht und Gewalt
allein gestanden, mir Zeit und mus zu geben,
mussen allerunterthanigst anzuweisen.

Als aber bald darauf die Röm. Kayser-
liche Majestät Ihre hochansehnliche Gesandte
bey S. F. Gn. gehabt, umb dieselbige in dero
wider die außfränsische Baheimen gerechter
Sache zu informirn, zur beharrlichen gu-
ten Affection erinnern, auch neben andern
Ständen des Nieder-Sachsischen Kreyses,
entweder zu einer vwillkürlichen Assistentz
zu disponirn, oder doch zur neutralitet er-
mahnen lassen, haben S. F. Gn. als ein fried-
liebender einsamer Fürst, den Weg der neu-
tralitet erwöhlet, und sich wider für sich
selbsten, noch durch meine wenige Person, in
die Baheimische strittige Sachen, da so viel
mächtige Christliche Potentaten mit interessirt
gewesen, in einen oder andern Weg zu mi-
schen vvolkmeynlich entschlossen: insonder-
heit weil die benachbarten Fürsten und Her-
ren gleichmässige Resolution genommen: und
eben damals Chur Pfaltz. umb Befürderung
der Baheimischen Deduction Schrift, mich
durch dero hohe Rath auch hatten ersuchen
und bitten lassen.

Zu dem ist auch die hochbedrangliche,
und umb der Römisch-Kayserlichen Majestät
auch des H. Röm. Reichs Superioritat und
Hochheit vwillen, mit der Königl. Würd. in
Dennemarch entstandene Differentz, eingefal-
den: so mir nicht allein alle Mühe und Arbeit,
sondern auch alle Sinn und Gedancken, die



Des Edlen, Ebreuvesten und Hochgelehrten

Herrn

BEATEN WIEDEMANS.

auff Mieringen, &c.

Der Rechten Doctoris, weyland der Rœmischen, auch zu Hungern und Boheim Kœnigl. Majest. Ferdinands des Ersten, &c. Gebornen Raths und Vogts zu Horb, &c.

INFORMATION.

Darinnen ausgeföhret, was das Haus Oesterreich für Erbgerechtigkeit zu dem Kœnigreich Hungern von alters gehabt: auch durch Keyser Ferdinandum sey erheyrathet worden.

Dem Durchleuch-**A**Kœnigl. Majest. und derselben Gemahl, tigsten, Großmächtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Ferdinanden zu Hungern und Boheim Künig, Infanten zu Hispanien, Ertzhertzogen zu Oesterreich, zu Burgund, &c. Graffen zu Tirol, &c. meinem allergnädigsten Herrn. Entbiet ich Beatus Wiedeman zu Mieringen Doctor, Vogt zu Horb, mein B unterthanigst gehorsamb gantz willig und verpflichtet Dienst allezeit zuvor. Gnädigster Herr: Nachdem Johannes Graff zu Zips, etwa Wayvoide in Siebenbürgen, sich umb diese Cron Hungern, sampt den darzu gehörigen Kœnigreichen, auch des Kœnigreichs Tituls und Administration, jetzo nahendem Jahr ernstlich angenommen, und deshalb nicht allein auff den gülichen, unverbündlichen Tag den ersten des Monats Junii nechstverkiehenenen zu Olmütz, vor des Durchleuchtigsten, Großmächtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Sigmunden, Kœnigs zu Pohlen, meines gnädigsten Herrn, loblichen verordneten Bottschafften, Ræthen und Mitlern, zwischen E. Kœnigl. Majest. und gedachtem Graff Johann zu Zips (von wegen des Eingriffs, den derselb Graff zu Zips, in vermeldte E. Kœnigl. Majest. Kœnigreich D gethan) gehalten, sônder auch vor, nach und nach teglichen, sein Fürnehmen und Handlung zu justificirn, und allenthalben schon zu machen, mit Berührung grossen Fugs und viel Rechts, und dagegen E.

meiner gnädigsten Frauen der Kœnigin wolgegründte Gerechtigkeit zu vernichten sich höchlich befliebt, dergleichen zu thun sein Anhänger sich auch bemühen, dadurch wo E. Kœnigl. Majest. Gerechtigkeit (die doch das Liecht sehr wol leiden mag) verborgen bleiben solte, bey etlichen Leuten ein Suspicion, als ob E. Kœniglich. Majest. zu Nachtheil, und Verglimpf erwachsen mœcht:

2. So ich dann von E. Kœnigl. Majest. auff obbestimbtten gülichen Tag, mit sampt Ih. Majest. trefflichen Verordneten (wiewol ich zu einer solchen Sachen unverständig und ungenugsam) auch gebraucht worden, und in der Handlung allerhand Versehrreibungen, Anzeigungen und ander Bericht vernommen, und bisweilen der Sachen selbst nachgedacht hab: Damit dann E. Kœnigl. Majest. und derselben hochgemeldter Gemahl, rechtmessige wolbeständige Gerechtigkeit kündig und offenbar, und mit demselben das ungegründte Fürnehmen genanntes Graffen zu Zips auff die Angezeigte, seine und seiner vermeynte Einbildung abgelegt, solcher Irrsal etwas erlediget werde, und die weil ich zugefallener Kranckheit halben, etlich verkiehenen Tag inn gelegen, und E. Kœnigl. Majest. in ander wege zu dienen nit statthafft gewesen:

3. So hab ich zu Bericht solcher Sachen, die beygelegte Ausführung und Information E. Kœnigl. Majest. und deren Gemahlin, meiner gnädigsten Frauen, Recht

JOHANNIS PETRI LUDWIG, JCT.

PRUSS. REGIS IN HEROICO IUDICIO, EOQUE SUPREMO
ADSESSORIS, CONSILIARII.

JURUM ET HISTORIAR. PROF. ORDIN.

ATQUE TABULARII MAGDEBURG. ARCHIOTÆ.

DISSERTATIO

DE

JVRE SVFFRAGII REGIS BOHEMIÆ,

NOVISSIME INSTAVRATI IN COMITIIS S. R. J.

RESPONDENTE

JOH. LEONARDO OHEIMB, Uratislav.

HALÆ VENE. D. 16. MAÏI. 1709.

CAP. I.

ARGUMENTI HUIUS ENARRATIO.

§. I.



ix dum reipublicæ nostræ fasces acceperat invictissimus imperator JOSEPHUS (α): cum res maximas gessit, explicatu difficiles, plenas discriminum eventuque dubias, ut gloriæ paternæ, hac enim quæ esse potest major, non tam heres sit dignissimus, quam felicissimus amplificator. Occa-

*Imperium JOSEPHI A
breve & sed
magnum.*

no pacato, integra nave, ventis secundis, idoneaque cœli tempestate, navem regere, uti res omnium levis-
sima: sic divini omnino operis est, in turbinibus ac fluctibus; dissipata na-
vigii compage, hostium piratarum ausus eludere; iter tenere rectum & ex-
plicatum, ex variisque casibus felicem emergere, cum suisque a portu quam proximè
abesse. Susceperat gubernacula imperii Augustus, Germania procerum ac princi-
pum institutis in partes distracta: hoste in ejus fere agente medullio: ringente & tan-
tum non, prudentiorum judicio, perdita Italia: Hungaris, vim parantibus, cruces
ac tormenta: summam consilii distracta bellisque concussa Europa verè universa.

*Suscipium in
temporibus
difficilibus.*

§. II. Verum hanc difficultatum molem non solum eluctatus est Jo-
sephus: sed etiam in his procellis, quæ effici nequibant majorum institutis,
ipse, præter mortalium spem, bona omnium pace consecutus est (β). Ut
de nullo JOSEPHI consilio constet, quod ducem non habuerit fortunam
& comites prosperos rerum eventus.

*Facis in
maximè in-
fortuna.*

(R.)

§. III.

*Tempus sus-
cepit a Jose-
pho imperii.*

(α) Non quinquennium ablit ex quo gubernacula reipublicæ Romano-Germanicæ suscepit JOSEPHUS. Auspiciis enim imperii, patre mortuo, sumplit die III. Nonar. Mensis Majo, a. 1740. Is cœl., postquam, duodecim annos natus, Cæsar factus esset, a divo Leopoldo rite in societatem regni pridem aditus an. 1735. Felicitate Trajano. Is enim questus est, quod diu immortales, fortunas festinant, cum eidem magis esset in votis operatæque, tanto Cæsari tardissime succedere, qui consiliis exemplisque eum quotidie ad beneimperandum posset instructe.

animadvertit, Bavato proscripto, Colonienf de archiepiscopatu dejecto. Deinde supremum imperii tribunal, CAMERAM IMPERII dicunt, sub trutinam vocavit, instruitque, ut aut morbis, si qui essent, medela adferretur, aut, si minus illud laboraret, sustentaretur ejus valetudo. Tunc ITALOS nexus elioctularis, quem imperio debent, admonuit, in ordinemque multa reduxit, quæ aliquot seculorum neglectu tantum non de animis hominum elicta esse videbantur. Post Italia omni expulsa deiecitque hostes Gallos. Ut vero non solum suo ævo consideret imperator: Sed etiam futuri casibus, quos prævidit, præsentique, obicem poneret, coenubia commendavit utique regi occidentalium regnorum, Unit adfinem; alteri tororem. Ne hostis, quod fan-

cibus

*Annulus rer.
Cæsar. spatio
quinquenni.*

(β) Principia in principes, Cæsari imperioque INFIDOS, cum admoniti ad frugem non redirent, graviter